

Westerbanio.

(440)

Temere factum est, et me non hoc agente, vir prestantissime, quod inter chartulas Gallicanas, quibus te obtundi inreperit Schedas futilis, cui in gratiam, si diis placet id quod vides insulsi carminis illeni; quod equidem inter venatores, et quas in Collibus Belaviae turbas dabant natum, equidem spreus semper, aut neglectus, neque de viburnis duxi, quae par esset ut cupressulis meis accenseri. ~~fama~~ Adeo neque te interprete nunc dignum erat, neque adversario. Lucem utique, me audis, non adibit. De cetero ignosce Libertati, cuius mihi copiam fecisti, de Catyri nostri operibus Emblematum volumen Latino-Belgicum semper mihi et (fatebor) unicum in praetio fuit. Neque Navus, nisi fallor, in pulcherrimo corpore appareret, nisi Gallica insparsisset. Eius rei, si bonum seriem Hartem non paenitet, ille quid valeant humeri, quid ferre ve eussent, nondum intelligit, amicos certe harum rerum non penitus ignaros laedet balbuties non pro illa venâ. De tuis coram aliquando si voles, et amplior, neque faxo inutilis sermo erit. Jam nescivisti me tibi tam familiarem esse, sed revertere eo ubi nuper desii, Hoc voluisti. Vale vir nobilissime, et me ama. Haga Com. V. Cal. Apr.

CICICLIV.

(441)

Westerbanio.

Itane perstas, vir amice, nec moventi de mantissa Gallica fidem habes. Etiam te atque etiam rogo, ne quid praecipites, quin si quod paginis vacuis destinatis, quid vis esto id potius, quam ut exteris te praebas. Minus decorum est in hisce talibus aperte proloqui, sacridies sunt, ad sacras te remitto. Fatum hoc quod volo, Paulus ad Casinthos prima dixit verso sexto Capitis quinti. Verbum non amplius addo. Non tute videris. Vale et vel hinc me disce tuum. 4. Apr. 1654.  
Gallos times, nec sit pudor, Leoninum est.

P. Scriverio.

Amplissime ac doctissime vir

(442)

Quae me navis Hagam vexit, postridie quam a te discessi, ea pro Musaeo fuit, meditantis inter garrulas vectores